



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXXV. Papst Benedict XI. gestattet dem Markgrafen Hermann von
Brandenburg auch an Orten, welche mit dem Interdict belegt sind, für sich
und seine Familie Hausgottesdienste halten zu lassen, am 4. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCXXV. Papst Benedict XI. gestattet dem Markgrafen Hermann von Brandenburg auch an Orten, welche mit dem Interdict belegt sind, für sich und seine Familie Hausgottesdienst halten zu lassen, am 4. März 1304.

Benedictus etc. Dilecto filio nobili uiro Hermanno, Marchioni Brandenburgensi. Ut erga Sedem apostolicam amplius crescat tue deuotionis affectus, quo eam benigniorem inuenieris faciendo tibi gratiam, per quam spiritualem letitiam Deo propitio consequaris; Nos tuis deuotis supplicationibus inclinatus, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut in locis ecclesiastico suppositis interdicto, ad que te contigerit declinare, possis tibi et tue familie, quibuscumlibet excommunicatis et interdictis exclusis, per Capellanum proprium diuina officia facere celebrari, dummodo causam non dederis interdicto, nec id tibi et eidem Capellano contingat specialiter interdici. Nulli ergo etc. Datum Laterani, III. Nonas Martij, anno Primo.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Ges. Archive Bened. XI. Epistol. Anni I. Nr. 671.

CCCXXVI. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Hermann, verpflichten sich um Pfingsten den Herzogen Albert und Erich von Sachsen lezlich 50 Mark zu zahlen, am 15. März 1304.

Nos Otto et Hermannus, dei gratia Brandenburgenses Marchiones, Tenore presentium publice protestamur, quod Illustribus principibus, dominis Alberto et Erico, ducibus Saxonie, auunculis nostris karissimis, ob specialem dilectionem et fauorem, quo eos prosequimur, in proximo festo pentecostes eius quatuor diebus dabimus finaliter in ciuitate Soltwedele quingentas marcas argenti puri vtique et soluemus. In cuius rei euidentiam presentis damus scriptum, nostris sigillis communitum. Datum in placitis Snakenburch, anno domini M^o. CCCIII^o., in dominica, qua cantatur Iudica.

Nach dem im R. Sammlungsversehen Landes-Archive befindlichen Originale.

CCCXXVII. Heinrich, Fürst von Mecklenburg, beurkundet, daß ihm die Johanniter-Ritter zu Nemerow und Gardow, zur Bestreitung seiner von dem Markgrafen Hermann von Brandenburg herrührenden Schulden, freiwillig eine Beisteuer geleistet haben, obwohl sie von der Steuerpflichtigkeit befreiet seyen, am 4. April 1304.

Henricus, dei gracia Dominus Magnopolensis, omnibus Christi fidelibus presentis scriptum visuris vel auditoris salutem in Domino sempiternam. Facta memorie digna scriptis commendare decrevit antiquitas, ne ea ab obliuione vel alia temeritate futuris temporibus contingat in dubium revocari. Nouerint igitur presentes et posterius, quod prelibati (sic)